

The Electronic *Manipulus florum*  
[www.manipulusflorum.com](http://www.manipulusflorum.com)

Elemosina k  
cum fonte primo

Si uis esse mercator optimus,  
fenerator egregius,

da quod non potes retinere  
ut recipias quod non poteris amittere,  
da modicum ut recipias centuplum,  
da temporalem possessionem  
ut consequaris hereditatem eternam.

Augustinus in epistola.

Vis esse mercator optimus,  
foenerator egregius  
et prudens mercenarius?

Da quae non potes retinere,  
ut consequaris ea quae non potes amittere,  
da modicum ut consequaris centuplum;  
da alienam possessionem,  
ut consequaris aeternam haereditatem.

Alanus de Insulis, *Summa de arte*  
*praedicatoria*, 6 (PL 210, col.124C).